



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

xli [i.e. xiii]. Relatio prædicamentalis non consistit in solo fundamento
connotante terminum extrinsecè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

autem relationes quædã transcendentales necessariò requirant terminum actu existentẽ, v. g. quæ est inter ubicationem & ubicatum, inter unionem & unita (harum enim fundamenta ne quidem divinitus existere possunt, quin actu quoq; existant eorũ termini) id in quã, non requirunt, quia relationes transcendentales sunt (sicut prædicamentales id præcisè requirunt, quia prædicamentales sunt) sed quia tales sunt relationes transcendentales, nimirum modales. Et hinc bene sequitur: hujus relationis terminus actu non existit, ergo non est relatio prædicamentalis; non bene sequitur: hujus relationis terminus actu existit; ergo est prædicamentalis. Dicitur deniq; hæc prædicamentalis, quia certo huic prædicamento includitur: illa transcendentalis, quia per omnia prædicamenta vagatur.

XIII. Non cõsistit relatio prædicamentalis physicè spectata (nõ enim quæritur quomodo concipiatur, cum confluet, illã solere cõcipi per modũ formæ accidentalis, fundamento veluti suo subjecto inhærentis, illudq; ad terminũ referentis) in solo fundamento, connotans terminũ tanquam quid merè extrinsecũ; posito enim eo solo, quod relatio dicit intrinsecè,

secè, habetur tota essentia & omnia constitutiva relationis, ergo sublato termino, & relicto solo fundamento habetur tota relatio, quod est absurdum, & consequenter manebit etiam tota relatio quoad denominationem, sive quoad esse formale; impossibile namque est, manere actu subjectum, formam & informationem, quin actu sit denominatio & concretum. Quòd autem benedicatur, relationem transcendentalem identificari soli fundamento, & connotare extrinsecè terminum, & tamen termino hoc sublato, seu reddito impossibili, corruere relationem transcendentalem, inde est, quòd isto termino sublato, non tantum tollatur relatio, sed ipsum fundamentum, & per locum extrinsecum; sublato autem termino in relatione prædicamentali, tollitur sola relatio manente eo, quod est fundamentum, & quidem juxta nos per locum intrinsecum.

XIV. Neque est quid strictè reale vel modale fundamento, termino & rationi fundandi superadditum; si enim esset tale quid, jam ad relationem, daretur motus, resque per advenientem relationem mutaretur. Quænam autem esset causa productiva hujus su-

u

per-